43. Quilibet locus cuilibet corpori respondet: ita ut non nisi Divina potentiâ duplex corpus eundem, locum occupet.

44. Sed nec adhuc hac adhibita unum corpus duo loca potest occupare.

45. Altera corporum proprietas est: ut pene infinitos poros habeant: alteros aere vel alia subtili materia repletos, alteros omnino vacuos.

46. Corporum materies consistit in particulis extensis solidis homogeneis diversa figura et magnitudine praeditis et naturaliter insecabilibus.

47. Naturalium compositorum forma in varia tantummodo particularum figura, et magnitudine consistere potest.

48. Has duas pro principiis rerum naturalium compositarum admitimus caeteris philosophorum opinionibus rejectis.

49. Motus a nobis definitur actus entis in potentiâ prout est in potentiâ.

50. Omnis motus naturaliter rectilineus est, non circularis.

51. Motum gravium ad terrae centrum tendentium imposibile est â Gassendistis particulis provenire; idemque sentiendum de Cartesii systemate.

52. Vnde gravium versus telluris centrum motus externus est ab attractione proveniens.

53. Corporum elasticitas ab aere poris incluso dimanat huius vero

„ dictase su zelo y conocimientos prácticos, pa-
„ ra lograrlas con la exactitud y puntualidad
„ que se desea; y que conforme las fuesen recibien-
„ do